Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DE DOMIBVS
Cœli extruendis et planetis imponendis.

Philosophi propt uariam cœli et faciem terræ habitudinem domorum proprietatem distinxerunt, & easdem ab horizonte truncari, tanquam rem necessariam concluserunt asserentes sex domos totas supra horizontem, & sex sub eo constitui. Modus autem quem Ioa: de Regio monte rationalem appellat, eo quod plurib. ualidis rationib. sit fulcitus, diuidit in spherico corpore 4 quadrantes æquatoris meridiano & horizonte obliquo, interceptos in trinas æquales partes, & per puncta sectionum ducet quatuor circulos magnos meridiano & horizonti concurrentes in duabus eorum sectionib. Talib. igitur sex circulis assumtis meridiano & horizonte totum cœlum in 12 spatia diuidit.

Nos non habemus Astronomicas horas, sed ordinur diem a media nocte, alii ab exortu solis, alii ab occasu.

Primum de nostris, quas Stöfflerus sic docet.

In horis pomeridianis nostris uulgarib. & Astronomorum usque ad mediam noctem nulla est numerandi diuersitas. Quare nulla opus reductione. Horas autem nostros a media nocte cœptas, hoc modo reduces. Propositis horis a media nocte numeratis adde 12 & habes horas. Alii & fortasse certius iubent nostris